

PUB. VIRGILII MARONIS
OPERA OMNIA.
Cum Notis selectissimis Variorum,
SERVII, DONATI, PONTANI,
FARNABII, &c.
INDICE Locupletissimo, Rerum.
et ac Verborum.
Opera ac studio,
CORNELII SCHREVELII.



LUGD. BATAVORUM,
Apud Franciscum Hackium. A. d. L. c. LXXI.

NOMINA EORUM
EX QUIBUS
NOTÆ VARIO RUM
DESUMPTÆ.

A Bramus.
Rud. Agricola.
Alciatus.
Alexander Neapolitanus.
Arius.
Barthos.
Beccanus.
Behotius.
Beroaldus.
Bersmannus.
Blondus.
Bocatius.
Briffonius.
Brodrus.
Budeus.
Cal. Rhodigious.
Camerarius.
Cantetus.
Capella.
Carrion.
Casaubonus.
Carolus Stephanus.
Vinc. Chartarius.
Caftalio.
Lud. dela Cerdia.
Censorinus.
Claudianus.
Corradus.
Crinitus.
Crucius.
Delsius.
Dictys Cretensis.
Donatus.
Durantius.
Egnatius.
Erasmus.
Erythrurus.
Fabricius.
Falckenburgius.
Farnabius.
Ptol. Flavius.
Floridus.
Fruterius.
Fulgentius.

Germanus.
Gesnetus.
Gifanius.
Gloss. MSS. Lugd.
Goropius.
Grapaldus.
Gyraldus.
Hartungius.
Heraldus.
Hortenius.
Jan. Gulielmus.
Junius Philargyrius.
Adr. Junius.
Kirchman.
Lactantius.
Lambinus.
Leopardus.
Linacer.
Lipinius.
Loenfis.
Luisinus.
Macrobius.
Magius.
Mancinellus.
Manilius.
Marcellinus.
Aldus Manutius.
Marlianus.
Melanethon.
Mercurialis.
Menula.
Menius.
Modestinus.
Modicius.
Modius.
Muretus.
Nannius.
Nascimben.
Natalis Comes.
Nic. Abrami.
Onuphrius Panvinus.
Ortelius.
Palaphatus.
Palmerius.

Panvinius.
Patrhafius.
Passeratius.
Petitus.
Philargyrius.
Pierius.
Bapt. Pius.
Ang. Politianus.
Jovian. Pontanus.
Pontanus.
Popma.
Rævardus.
Ramus.
Realinus.
Regulejus.
Regulus.
Robertellus.
Rufus.
Sabinus.
Salmasius.
Scaliger.
Schegkius.
Scoppa.
Servius.
Sigonius.
Snellius.
Hear. Stephanus.
Stevechius.
Sulpitius.
Taubmanous.
Tiraquell.
Rob. Titius.
Torrentius.
Turnebus.
Tufanus.
P. Victorius.
Velsetus.
Viperanus.
Lud. Vives.
Volaterranus.
Vossius.
Urfinus.
Willichius.
Xylander.

IN

P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICA.
ECLOGA I. cui nomen TITYRUS.

ARGUMENTUM.

Quum Virgilius, cuius personam hic sustinet Tityrus pastor, agrum vicinum Cremonæ amilisset, Romam venit: ubi quum sua cum carmina Mæcenatj commendassent, Mæcenas autem Augusto, agrum recuperavit. Tityrum igitur felicem esse prædicat pastor Melibœus (sub cuius nomine ceteri quoque pastores Mantuanæ intelliguntur) & suam contra calamitatem deplorat, finibus suis à milite veterano pulsus. Ipse autem Tityrus, se tanti beneficii autorem colere & semper culturum esse, profletur. Cæterum fingit se servum, qui libertatis desiderio Romam profectus sit, & eam tandem nonnisi in senectute consecutus.

MELIBOEUS, TITYRUS.

M. ITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,

Sylvestrem tenui Musam meditaris avena:
Nos patriæ fineis, & dulcia linquimus arva,
Nos patriam fugimus: tu Tityre lento in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

5

T. O

IN TITULVM LIBRI.

 Ergilium, & non Virgilium scribendum esse, ex monumentis veterum, Angelus Politianus Misc. c. 77. ostendit. Bucolica, dicta à custodia boum, id est, δοῦλοι βακχάλων, præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boves.

Ecloga, derivatur ab εἰλογή & λέπτῳ. An quod hec Bucolica è Theocriti Eidylliis excerpta sunt: ut vult Turneb. ix. Advers. cap. 22. An potius quod ex incondita turba eorum, quæ subito excidissent calore, selecta quadam & concinniora, εὐλεπτόν appellare placuit: ut censem Scaliger Poet. cap. 4.

I. Recubans, &c.] Summo in otio & securitate resupinus, & membra stratus: jacens sub umbra fagi in agri tuis, tuas retinens possessiones, quibus aletis. Sub tegmine.] In umbra, vel sub tamen circumquaque diffusa. Fagi.] Fa-

gus dicta δοῦλοι φαγοῦσι, id est, à manducando. antea enim homines glandibus vescebantur.

2. Sylvestrem Musam.] Id est, rusticum carmen. Sunt qui agrestem malint, ex Quintilianis (ut falso putant) sententia. Tenui avena.] Culmo, stipula: fistula è calamis compacta; qua rusticis cantate consueverunt. Dicendo autem tenui avena, humilis stylis genus latenter ostendit; quo in Bucolicis titulatur. Meditari.] Cantas, cantum exerces, παιδίστε: sic armorum exercitatio, vocatur meditatio campestris.

3. Nos patriæ, &c.] Non voluntate, sed vi Caesaris & militum eius compulsi, videlicet Antonio. Dulcia arva.] Utique propria terra dulcis sibi videtur.

4. Patriam fugimus.] Exulanus. Lentus.] Ottiosus, sive securus. In umbra.] Allegoricè, sub tutela Imp. Augusti.

5. Resonare doces, &c.] Carmen tunum de ami-

A

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS,
 LIBER II.

ARGUMENTUM.

Didonis voluntati morem gerens Aeneas, Excidi Trojani scriam narrat, ea est huiusmodi: Græci decimo belli Trojani anno, attritis jam viribus, virtutique diffidentes, ad dolum confugiunt, nocteque ea qua urbis incendium antecessit, fugam simulantes, circa Tenedum latitant, relicto in agro Trojano equo ligato tantæ magnitudinis, ut portis urbis recipi non posset: ejus utero lectissimum quinque procerum includunt. Trojani partim fraude Sinonis impulsi, partim Laocoontis supplicio territi, dituta muri parte, equum in arce statuunt. Nocte intempsa Græci à Tenedo profecti, per eam muri ruinam, qua equus erat introductus, urbem invadunt. Sinon referato equi utero armatos emittit: omnia ferro flammisque foedantur. Aeneas interim ab Hectori in somnis admonetur, ut sibi fuga consular, deosque patrios incendio cripiat. Ille tamen honestam mortem turpi fugæ præferens, frustra in anima cuit: satis feliciter pcam impetus succedit Trojanis, donec Chotoebi consilium sequunt, sumptis Græcorum armis, suorum telis obruuntur. Interea Priami regia oppugnatur, Priamusque ipse à Pyrrho Achillis filio interficitur. Aeneas itaque frustra tentatis omnibus, cum jam nihil spci reliquum esset, sacra Anchise patri committit, eoque in humeros suis sublato, assumptisque Ascanio filio Creusaque uxore, fugam artipit. Græci à tergo inseguuntur. In eo tumultu Creusam uxorem amittit: cuius querenda causa, per totam urbem oberranti, obvia fit uxoris umbra, virumque mortis suæ certiorum facit: ipse ad socios revertitur, quo jam magnus virorum mulierumque numerus confluerat, ejus auspiciu, quo cuque terrarum abducere vellet, sequi paratus.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
 Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
 Infandum regina jubes renovare dolorem,
 Trojanas ut opes, & lamentabile regnum

Erue-

1. **C**onticuere omnes.] Quia supra dixit, *Fit strepitus rectis. Intentique ora tenebant.*] Ora in eum conversi cum silentio attendebant, vel intenti ad ejus verba, ne hiscebant quidem. *Conticuere.*] Quia mens hominum cupida est audiendi novas res, & regina indixerat silentium.

2. *Inde.*] Aphæresis est, pro *drinde*, vel *rude*. *Toro ab alto.*] A summo lecti loco in quo discubuit Aeneas, ubi in me-

dio Dido, in imo Ascanius. Summos enim semper est pontificalis locus. Cum enim dicit de Didone:

Aurea composuit spuma medietaque loca:

Ostendit illam regali, non sacerdotali loco discubuisse. Aeneas autem ubique quasi sacerdos inducitur. *Pater Aeneas.*] Hoc honoris nomen est. *Orosus.*] Cœpit.

3. *Renovare.*] Retexere, iterare.

4. *Us, &c.*] Pro quemadmodum.

Ei la-